

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA ANASTASII PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

& erit clausa post partum, quia virgo & concepit, & genuit, quid autem incredibile si contra usum virginis naturales peperit maria, & virgo permanet, quando contra usum nature mare vidit & fugit, atque in fontem suum iordanis fluentia remearunt. **N**on ergo excedit fidem quod virgo pepererit, quando legimus quod petra vomuit aquas, & in muri speciem maris vnda solidata est, non excedit fidem quod homo exiuit de virgine, quando petra fontem profluum scaturiuit, ferrum super aquas natauit, ambulauit homo super aquas, ergo si hominem vnda portauit, non potuit hominem virgo generare. At quod hominem, de quo legimus, Et mittit illis dominus hominem qui saluos faciet eos, & notus erit dominus egyptiis. In veteri itaque testamento virga hebreorum per mare duxit exercitum. In nouo testamento virgo regis aula celestis electa est ad salutem. Quid autem etiam viduitatis adtexamus preconia, cum in euangelio post virginis celeberrimum partum Anna vidua subrogetur, que vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, & hec vidua annis. lxxxiii. que non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Merito ab illis viduitas despicitur, que solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam vlciscuntur iniuriam cotidianisq; conuiuiis usque luxurie laborem abstinentie propulsare desiderant, qui nichil rectius faciunt quam quod ipsi se suo ore condemnent, sed deum metuunt ne in istis illud ieiunium reputetur. Eligant quod volunt, si aliquando ieiunauerint, gerant ergo boni facti sui penitentiam, si nunquam, suam ergo ipsi intemperantiam & luxuriam confiteantur, & ideo dicunt Paulum luxurie magistrum fuisse, at quis sit sobrietatis magister, si fuit ille luxurie qui castigauit corpus suum, & in seruitutem redegit, atque ieiuniis multis se debitam christo obseruantiam detulisse memorauit, non ut se suam laudaret, sed ut nos quid sequeremur doceret. Ille ergo luxuriam docuit, qui ait, qui adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis que sunt omnia in corruptelam, qui ait, non indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis, non in delictis erroris, sed in spiritu quo renouamur esse viuendum. Si parum est quod Apostolus dixit, audiant prophetam dicentem. Et cooperui in ieiunio animam meam, ergo qui non ieiunat intactus & nudus est, patet vulnere, denique si adam se texisset in ieiunio non fuisset nudus effectus. Niniue se a morte ieiunio liberauit, & ipse dominus ait, Non eicietur hoc genus nisi per orationem & ieiunium, sed quid plura apud Magistrum atque doctorem, cum iam dignum precium retulerint illi perfidie sue, qui ideo huc venerunt ne superesset locus in quo non damnarentur, qui vere se manicheos probauerunt non credentes quia ex virgine utique venisse creditur, que nam hec est subpar nouorum iudeorum ametia si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse, ergo in fantasmate visus est, in fantasmate crucifixus est, In veritate redemptor est noster, manicheus est qui abnegat veritatem qui carnem christi negat & ideo non est illis remissio peccatorum, sed impietas manicheorum quam & clementissimus execratus est imperator, & omnes qui illos viderunt quasi quedam contagia refugerunt, sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri Crescens Leopardus, & Alexander sancto seruientes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos Mediolanensi ex urbe profugos reliquerunt. Itaque Iouinianum ausentium, germinatorem, Felicem, plotinum, Genialem, martianum, Ianuarium, & Ingenium quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumen te & Florentissimum deus noster tueatur omnipotens domine dilectissime frater, Item subscriptio ego Euenius episcopus saluto sanctitatem tuam in domino, & huic ecclesie subscripsi Maximus episcopus. Felix episcopus, Bazianus episcopus Theodolus episcopus ex iussu domini episcopi Geminiani ipso presente, Aprus presbyter Eutalius episcopus Constans episcopus, Eustalius episcopus eo omnes ordine subscripserunt.

INCIPIVNT DECRETA ANASTASII PAPP.

A



ANASTASIVS EPISCOPVS CVNCTIS GERMANICIS ET burgundie regionis episcopis in domino salutem, Exigit dilectio vestra carissimi ut ex auctoritate sedis apostolice vestris deberemus respondere consultis, & quis non prolixè, sed succincte hoc agere propter quasdam alias occupationes festinaremus, denuo tamen si necesse fuerit ob has vel alias occupationes quasi ad caput mittere charitatiue non dubitatis, quia vestras preces & nunc & tunc acceptas habemus, Significatis enim quosdam sacerdotes

sacerdotes in ecclesia quando leguntur euangelia sedere, & domini saluatoris verba non stantes sed sedentes audire, & hoc ex maiorum traditione se accepisse narrant, quod nullatenus deinceps fieri sinatis apostolica auctoritate mandamus, sed dum sancta euangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes & ceteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu euangelii stantes dominica verba intente audiant & fideliter adorent.

¶ Similiter & transmarinos homines de quibus nos consulistis in clericatus honore nolite suscipere, nisi quinq; aut eo amplius episcoporum chyrographis sint designati, quia multa per subreptionem solent euenire, Et ideo hec summo opere sunt cauenda.

¶ Manicheos vero quos in vrbe Roma inuenimus, & sequaces eorum nolite recipere, neq; eis communicare, aut vllam cum eis participationem habere priusq; ad rectam conuertantur fidem, nec eorum male pullulantia semina que a nobis in vrbe extinguuntur pessimis vobiscum radicibus seminantur vel germinantur, Plurimos vero eorum & sue sequaces impietatis, atq; illorum doctores inuestigatio nostra reperit, vigilantia diuulgauit, auctoritas & censura cohercuit, quos potuimus emendare correximus. Et vt damnarent manicheum cum predicatione & disciplinis suis publica in ecclesia professione, & manus sue subscriptione compulimus, & ita de voragine impietatis sue confessos penitentia concedendo leuauimus. Aliquantum vero qui ita se demerferunt, vt nullum his auxiliantis remedium posset subuenire, subditi legibus secundum christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati, & omnia que tam in scriptis quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, vt nosset populus quid refugeret, aut vitaret, oculis christiane plebis certa manifestatione probauimus, adeo vt ipse qui dicebatur episcopus a nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis que teneret, sicut gestorum vos series poterit edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus, quibus relictis omnia que a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis, Et quia aliquantos de his quos ne absoluerentur, arctior reatus inuoluerat cognouimus aufugisse, hinc ad dilectionem vestram epistolam misimus, ut effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur & cautius, necubi manichee peruersitatis homines plebes vestras facultatem ledendi, & huius sacrilegii possint inuenire doctores, Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi hos qui sunt peruersi doctores & perditionis zelo fidei dominice persequamur, & a suis mentibus (ne pestis hec latius diuulgetur) seueritate qua possumus abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram obtestor, & moneo, vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem, Hi fratres valde cauendi sunt, ne dominicum gregem peruersitatibus quibus possunt contaminare valeant. Sunt ergo quidam eorum veste sua oues significantes, interius vero lupi rapaces existunt, quos iuxta veritatis vocem ex fructibus eorum debemus agnoscere, Quando autem ceperint assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus, Inueniuntur quoque infirme fidei homines, & qui diuinas lectiones sitiunt, secum eos in perditionem precipitant, dissipant enim & vituperant patrum disciplinas, & relinquunt sanctas scripturas ad suam perditionem, quos vt predictum est, debemus persequi, & ab his multum cauere, ne in malicia sui aliqui occupati concidant de sua firmitate, Saluto itaque vos fratres, & omnes que vobiscum bene sentiunt ecclesias, Nos quoque vt modo facitis, & alloquimini peto crebrius litteris, & frequenter de fide, & bona intentione vestra, atque sospitate letificate, vt gaudium commune habeamus, & domino pari voto fideliter seruiamus. Data nonas Octobris A chadio & Bautone, iiii. consulibus.

CVIVS SVpra NERIANO NOBILISSIMO VIRO DIRECTA EPISTOLA



ILECTISSIMO FRATRI NERIANO ANASTASIUS, MVLTa michi in omnibus fidei & bonitatis tue litteris causa gaudii est, quod tantum studium circa religionis cultum exhibes, & domini sacerdotes tuis in partibus adiuuare studes, unde & domino gratias ago, qui te ad hoc instigat, & vt perseuerabile in bonis operibus te faciat exoro, nos tamen & in prosperis, & in aduersis deum laudare magnifice oportet, eiusque sub potestati humiliari manu, vt in tempore vos tribulationis iuxta beatum Petrum apostolum confortet & exaltet. Fraternitatis ergo vestre afflictio quam de amissione parentum vestrorum vos habuisse audiui, tanta nobis commiserationis iniectio, vt quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor nostrum in vestris spiritualiter tribulationibus sentirem,

Sed in hoc dolore multum me cōsolata est sanctitatis tue ad animum res deducta, quia & patienter ferre tristitiam decet, & de morte plebis tue vltius longam nō habere mestitiā. Ne tñ aliqua adhuc tribulatio in v̄ra mente resideat, hortor quiescere a dolore, quia indecens est de illis tedio afflictionis addici, quos credendū est ad veram moriendo vitam peruenire. Habent forsitan illi iustam longi doloris exultationē qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum nō confidūt. Nos autem qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus cōtristari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc nobis magis in culpa sit. Nā diffidentie quod dāmodo genus est contra hoc quod quisq; predicator querit iulitiam amās, dicente apostolo, Nolimus autem vos ignorare de dormientibus, vt nō contristemini sicut & ceteri qui spem nō habent. Hac itaq; frater charissime ratione perspecta studendum nobis est ne (sicut diximus) de mortuis affligamur, si affectum viuētibus impendamus, quib; & pietas ad vtilitatem, & sit ad fructū dilectio. Depone ergo charissime merorem, & assume spiritualem fructū letitie ad vtilitatem sancte dei ecclesie seruorūq; eius profectum, & vite eius quecūq; sint spatia eternis diuinisq; officiis illustrare contēde, vt qui insignē te prestitit reddat sibi per secula clariorem. Data. vii. idus Iunii Theodosio Augusto. vii. & palladio. iiii. consulibus.

Explicit epistola.

INCIPIUNT CAPITVLA INNOCENTII PAPE.

Capitulum primum.

- | | | | |
|------|---|------|--|
| i | De pacis osculo dando post confecta mysteria. | v | De fermento quod ciuitatis tantum presbyteris dirigatur. |
| ii | De nominib; ante precem sacerdoti nō recitandis. | vi | De inerguminis baptizatis. |
| iii | Quod non debeant baptizati nisi ab episcopo consignari. | vii | De penitentibus. |
| iiii | Quod rite omni sabbato ieiunetur. | viii | De epistola sancti Iacobi apostoli in qua pro infirmis orare precipitur. |

Expliciunt capitula.

A



INNOCENTIVS DECENTIO EPISCOPO EGV BINO SALUTEM. Si instituta ecclesiastica vt sunt a beatis apostolis tradita integra vellent seruare domini sacerdotes, nulla diuersitas, nulla varietas in ipsis ordinib; & cōsecrationib; haberetur, sed dum vnusquisq; nō quod traditum est, sed quod vltimum fuerit hoc existimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis, vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur, ac fit scādalum populis: quia dum nesciunt traditiones antiquas humana presumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non cōuenire, aut ab apostolis vel ab apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut nō aduertat id quod a principe apostolorum Petro Romane ecclesie traditum est, ac nunc vsq; custoditur ab omnib; debere seruari, nec superduci, aut introduci aliquid quod aut auctoritatē non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplū. Presertim cum sit manifestum in omnem italiā, galias, hispanias, africam, atq; Siliciam insulasq; interiacentes nullū instituisse ecclesias nisi eos quos venerabilis apostolus Petr⁹, aut eius successores constituerunt sacerdotes, aut legant si in his prouinciis alius apostolorum inuenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt quia nusquā inuenitur, oportet eos hec sequi quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principum accepisse nō dubium est, ne dū peregrinis assertionibus student caput institutionum videantur omittere. Sepe dilectionem tuā ad urbem venisse ac nobiscum in ecclesia cōuenisse nō dubium est, & quem morem in cōsecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis archanis teneat cognouisse, quod sufficere arbitrarer ad informationē ecclesie tue vel reformationem si precessores tui min⁹ aliquid, aut aliter tenuerint satis certū haberes nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses, quibus iccirco respondimus non quod te aliqua ignore re credamus, sed vt maiori auctoritate vel tuos instituas, vel si qui a Romane ecclesie institutionib; errant aut cōmoneas, aut iudicare nō differas, vt scire valeamus qui sint qui aut nouitates inducūt, aut alterius ecclesie quam Romane existimant consuetudinem esse seruandum.

Capitulum primum,

B

P Acem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere

tradere, cum post omnia que aperire non debet pax sit necessaria indicenda, per quam conslet populum ad omnia que in mysteriis aguntur atque in ecclesia celebrantur prebuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrantur.

Capitulum secundum.

De nominibus vero recitandis antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes quorum nomina recitanda sunt sua oratione commendat, quod superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscis, ut cuius hostias nondum deo offeras eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum sit nichil. Prius enim oblationes sunt commendande, ac tunc eorum nominalunt edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia que ante premitimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

Capitulum tertium.

De consignandis vero infantibus manifestum est ab alio fieri quam ab episcopo non licere, nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent, hec autem pontificibus solis debent, ut vel consignent, vel paracletum spiritum traquant non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum illa lectio actuum apostolorum que asserit Petrum & Iohannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu presente episcopo cum baptizant chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.

Capitulum quartum.

Sabbato vero ieiunandum esse ratio euentissima demonstrat. Nam si diem dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos Ebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus, ac si sexta Feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum pretermittere non debemus, quod inter tristitiam atque letitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat apostolos biduo isto & in merore fuisse, & propter metum iudeorum se occulisse. Quod utique non dubium est in tantum eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesie habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari, que utique forma per singulas tenenda est ebdomadas propter id quod commemoratio diei illius semper est celebranda, Quod si putant semel atque vno sabbato ieiunandum ergo & dominica, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebrandum. Si autem dominici diei, & sexte ferie per singulas ebdomadas reparanda imago est, dementis est bidui agere consuetudinem sabbato pretermisso, cum non disparem habet causam a sexta videlicet Feria in qua Dominus passus est, quando & ad inferos fuit, ut tertia die resurgens rediret leticiam post biduanam tristitiam precedentem. Non ergo nos negamus Sexta Feria ieiunandum, sed dicimus & sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis, vel his qui Christum secuti sunt indixerunt, qui die dominico exilarati non solum ipsum festiuissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes Ebdomadas frequentandum esse dixerunt.

Capitulum quintum.

De fermento vero quod die dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluistis cum omnes ecclesie vestre intra ciuitatem sunt constitute, quarum presbyteri quia die ipso propter plebem sibi creditam nobiscum conuenire non possunt, ideo fermentum a nobis confectum per accolitos accipiunt, ut se a nostra communione maxime illa die non iudicent separatos, quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta, nec nos per cemiteria diuersa constitutis presbyteris destinamus, ut & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant atque licentiam.

Capitulum sextum.

De his vero baptizatis, qui postea a demonio, aut vitio aliquo, aut peccato interueniente arripiuntur quesivit dilectio tua, si a presbytero vel diacono possint, aut debeant consignari, quod hoc nisi episcopus preceperit non licet. Nam ei manus imponenda omnino non est, nisi episcopus auctoritatem dederit id faciendi, ut autem fiat, episcopi est imperare ut manus ei vel a presbytero, & a ceteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longe constitutus energuminus ad episcopum deducatur, cum si talis casus ei in itinere acciderit, ut nec ferri ad episcopum, nec referri ad sua facile possit?

Capitulum septimum.

A ¶ De penitentibus vero qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus penitentiam gerunt, si nulla interueniat egritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romane ecclesie consuetudo demonstrat. Ceterum de pōdere estimando delictorum sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem penitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in egritudinem inciderit, atq; vsq; ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Pasche relaxandum, ne de seculo absq; communione discedat.

Capitulum octauum.

B ¶ Sane quoniam de hoc sicuti de ceteris consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus celestinus diaconus in epistola sua esse a tua dilectione positum illud quod in apostoli Iacobi epistola cōscriptum est. Infirmatur quis in vobis, iducat presbyteros, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum dominus, & si in peccatis fuerit remittetur ei. Quod non est dubium de fidelibus egrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum non solum sacerdotibus sed omnibus vti Christianis licet, in sua, aut suorum necessitate inūgēdo. Ceterum illud superfluum videmus adiectum, vt de episcopo ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. ¶ Nam iccirco de presbyteris dictū est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus postea dignum ducit aliquem a se visitandum, & benedicere, & tāgere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam penitentibus illud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quemodo vnū genus posse putatur concedi. His ergo frater carissime omnibus que tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curauimus, vt ecclesia tua Romanam consuetudinem aqua originem ducit seruare valeat atq; custodire. Reliqua vero que scribi fas nō erat, cum affueris interrogati poterimus edicere. Erit autem domini potentie etiam id procurare, vt & tuam ecclesiam, & clericos nostros qui sub tuo pontificio diuinis famulantur officiis bene instituas, & aliis formam tribuas quam debeant imitari, data. xiiii. kalendarum Aprilis, Theodosio augusto septies palladio. iiii. cc. consulibus.

¶ Incipiunt capitula eiusdem ad Victoricum episcopum.

- | | | | |
|------|---|------|---|
| i | ¶ Quod extra consuetudinem metropolitani non sunt ordinandi episcopi. | viii | ¶ Vt non rebaptizentur qui a nouatianis vel montenibus veniunt. |
| ii | ¶ De his qui post baptismum cingulum militie secularis acceperunt non debere ad clericatus ordinem admitti. | ix | ¶ Vt sacerdotes, & leuite cum mulieribus coherere non debeant. |
| iii | ¶ De causis clericorum que in prouincia iuste non finiuntur, vt ab apostolica sede terminentur. | x | ¶ Vt monachus si clericus factus fuerit propositum suum seruare debeat. |
| iiii | ¶ De vxoribus clericorum, vt virginibus socientur, & secundam non ducant vxorem. | xi | ¶ Vt ex curialibus clericus non fiat propter voluptates quas a diabolo inuentas exhibere compellitur. |
| v | ¶ Vt si laicus viduam duxerit, clericus non fiat. | xii | ¶ De virginibus sacris, si lapsę fuerint, vel publice nupserint. |
| vi | ¶ Vt clericus non sit qui secundam duxerit vxorem. | xiii | ¶ De virginibus non velatis, si deuięuerint. |
| vii | ¶ Vt alterius clericum nullus episcopus ordinare usurpet. | | |

¶ Expliciunt Capitula.

C ¶ Innocentius Victorico episcopo Rothomagensi salutem. Et si tibi frater carissime pro merito, & honore sacerdotii quo plurimum polles, viuendi & docendi ecclesiastice regule nota sunt omnia, neq; est aliquid quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur, tamen quia romane ecclesie

normā, atq; auctoritatem magnopere postulasti voluntati tue morē ad modū gerens de gestis vite & morum p̄babiliū disciplinas annexas litteris meis misi, per quas aduertāt ecclesiarū regionis vestre populi quibus rebus & regulis Christianorū vita in sua cuiuscūq; professione debeat contineri, qualisq; seruetur in vrbis Rome ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tue per plebes finitimas, & cōsacerdotes nostros qui in illis regionibus propriis ecclesiis president, regularū hunc librū quasi didascalum, atq; monitorē sedulo insinuare, vt & nostros cognoscere, & ad fidem confluentiū mores valeant docendi sedulitate formari. Aut enim propositum suū ex hac nostra congruēti lectione cognoscant, aut si quid adhuc desideratur facile poterunt ex his bona imitatione supplere. ¶ Incipiamus ergo adiuuante deo, & sancto dei apostolo Petro per quē & apostolatus, & episcopatus in Christo cepit exordium, vt quoniā sepe plures emerferunt cause, que in aliquātis non erant cause, sed crimina vt de cetero sollicitudo sit vnicuiq; sacerdoti in sua ecclesia curam huiusmodi habere sicut beat⁹ apostolus Paulus predicat, talem ecclesiam deo exhibendā nō habentem maculā, aut rugam, ne alicuius morbide ouis afflatu conscientia nostra contaminata violeatur. ¶ Propter eos ergo qui vel ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticā disciplinam, & multa non presumenda presumunt recte postulasti, vt in illis partibus istiusmodi quā tenet ecclesia Romana forma seruetur, non quod noua p̄cepta aliqua imperentur, sed ea que per desidia aliquorum neglecta sunt, ab omnib⁹ obseruari cupiam⁹, que tamen apostolica & patrum traditione sunt constituta. Scriptum est nāq; ad Thessalonicenses secunda, & ad Timotheum apostolo Paulo monēte, State & tenete traditiones nostras quas tradidimus vobis siue per verbū, siue per epistolā. Illud certe tuam debet mētem vehemētius excitare, vt ab omni labe seculi istius immunis ante dei cōspectum & securus inueniaris. Cui multum enim creditur plus ab eo exigitur. Ergo quoniā nō pro nobis tantū, sed pro populo Christi cogimur prestare rationem, Idcirco disciplina dei sanctificare populum & erudire debemus. Quosdā enim asseris extitisse qui statuta maiorum non tenentes castitatem ecclesie sua presumptione violant populi fauorem sequentes, & dei iudiciū non timētes. Ergo ne silentio nostro existimemur his prebere cōsensum domino dicente per prophetam, videbas furem & currebas cū eo, hec sunt que deinceps intuitu diuini iudicii, omnem catholicū episcopum expedit custodire.

Capitulum primum.

Primū vt, extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopū. Intergrum enim est iudiciū quod plurimorū sententiis confirmatur, nec vnus ep̄s ordinare presumat episcopum, ne furtiuū prestitū beneficium videatur, hoc enim & synodus Nicēna constituit atq; definiuit. A

Capitulum secundum.

¶ Constituit etiam atq; definiuit, Si quis post remissionē peccatorum cingulū militie secularis habuerit ad clericatum admitti omnino non debeat. B

Capitulum tertium.

¶ Si que autem cause vel contētionēs inter clericos vel inter laicos tam superioris gradus, quā etiam inferioris fuerint exorte, placuit vt secundū synodū Nicēnā congregatis omnibus eiusdē prouintie episcopis iudiciū terminetur, nec alicui liceat sine p̄iudicio tamē Romane ecclesie, cui in omnib⁹ causis debetur reuerētia custodiri relictis, his sacerdotibus qui in eadē prouintia dei ecclesias nutu diuino gubernant ad alias cōuolare, prouintias, aut aliarū prouintiarū prius episcoporum iudiciū experiri. Quod si quis forte p̄sumpserit, & ab officio cleri submotus & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores cause in medium fuerint deuolute ad sedem apostolicā sicut synod⁹ statuit, & beata consuetudo exigit, post iudiciū episcopale referantur. C

Capitulum quartum.

¶ Vt mulierē viduā clericus nō ducat vxorē, quia scriptū est. Sacerdos vxorē virginē accipiat nō viduā, nō eiectā, utiq; qui ad sacerdotiū labore suo & vite p̄bitate contēdit, cauere debet, ne hoc p̄iudicio impetus peruenire non possit. D

Capitulum quintum.

¶ Vt si quis viduā licet laicus duxerit vxorem seu ante baptismū seu post baptismū nō admittatur ad clerū, quia eodem videtur vitio exclusus, in baptismo enim crimina remittuntur, non acceptē vxoris consortium relaxatur.

Capitulum sextum.

¶ Ne is qui secundā duxerit vxorem clericus fiat, quia scriptum est. Vnius vxoris virum & iterum Sacerdotes mei semel nubant, & alibi, sacerdotes mei non nubant amplius. E

¶ Ac ne ab aliquib⁹ existimet an baptismū si forte quis accepit vxorē, & ea de seculo recedēte alterā

duxerit, in baptismo esse dimissum, satis erat a regula, quia in baptismo peccata dimittuntur, non accipitur vxorum numerus aboletur, cum utique vxor ex legis precepto ducatur, in tantum ut & in paradiso cum parentes humani generis iungeretur ab ipso domino sint Benedicti, & Salomon dicat, A deo preparabitur viro vxor. Quam formam etiam sacerdotes omnes seruare vsus ipse demonstrat ecclesie, Satis enim absurdum est aliquem credere vxorem ante baptismum acceptam post baptismum non computari, cum benedictio que per sacerdotem super nubentes imponitur non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a deo antiquitus institute doceatur, Quod si non putatur vxor esse computanda que ante baptismum data est, ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filiis habentur.

Capitulum septimum.

- A ¶ Ut de aliena ecclesia clericum ordinare, aut iudicare nullus usurpet, nisi eius episcopus precibus exoratus concedere voluerit, quod etiam Nicena videtur synodus continere. Abiectione a sua ecclesia clericus ab altera non suscipiatur ecclesia.

Capitulum octauum.

- B ¶ Ut venientes a nouatianis vel montensibus per manus tantum impositionem suscipiantur, quia quamuis ab hereticis tamen in Christi nomine sunt baptizati, preter eos qui forte a nobis ad illos transiunt rebaptizati sunt, hi si resipiscunt, & ruinam suam cogitantes redire maluerint sub longa penitentia satisfactione admittendi sunt.

Capitulum nonum.

- C ¶ Preterea quod dignum & pudicum, & honestum est tenere ecclesia omnino debet, ut sacerdotes & leuite cum vxoribus non misceantur, quia ministerii cotidiani necessitatibus occupantur, scriptum est enim, sancti estote, quoniam & ego sum sanctus dominus deus vester. Nam patris temporibus de templo dei sacerdotes anno vicis sue non discedebant, sicut de zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & preter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat preceptus accedere, quanta magis hi sacerdotes vel leuite pudicitiam ex die ordinationis sue seruare debeant, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est. Nec preterit dies quauel a sacrificiis diuinis, vel a baptismatis officio vacent. Nam si beatus apostolus Paulus ad corinthios scripsit dicens. Abstinete vos ad tempus ut vacetis orationi, & hoc utique laicis precepit, multo magis sacerdotes quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Quod si contaminatus fuerit a carnali concupiscentia quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua conscientia, quoque merito exaudiri se credit? Cum dictum sit omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nichil mundum. Sed forte licere hoc credit, quia scriptum est vnus vxoris virum non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam. Neque enim integros corpore non admisit qui ait, vellem autem omnes esse sicut & ego. Quod aperte declarat dicens, Qui autem in carne sunt deo placere non possunt, vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

Capitulum decimum.

- D ¶ De monachis qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordinem peruenerint non debere eos a priore proposito deuiare. Aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diu seruauit in meliori gradu positus amittere non debet, aut si corruptus postea baptizatur, & in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit, quia nec benedicti cum sponsa potest iam ante corruptus. Que forma seruatur in clericis. Maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisquis corruptus baptizatus clericus esse voluisset, spondeat vxorem omnino non ducere.

Capitulum vndecimum.

- E ¶ Preterea frequenter quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia cum de reuocandis eis aliquid ab imperatore precipitur quam gratia nascitur de ascito. Constat enim eos in ipsis munis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum vel munerum apparatibus aut preesse aut forsitam interesse. Sit certe in exemplum, & sollicitudo & tristitia fratrum quam sepe protulimus imperatore presente, cum pro his sepius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognouisti

cognouisti. Quibus non solum inferiores clerici ex curialibus verum etiam in sacerdotio constitutis ingens molestia ut redderentur instabant.

Capitulum duodecimum.

Item que Christo spiritualiter nubunt, & a sacerdote velantur, si postea nupserint, vel publice vel occulte corrupte fuerint, non eas admittendas esse ad agendam penitentiam, nisi is cui se iunxerant de hac vita decesserit. Si enim de hominibus hec ratio custoditur, ut quicumque viuentem viro alteri nupserit habeatur adultera, nec ei agende penitentiae licentia concedatur, nisi unus ex eis defunctus fuerit, quantomagis de illa tenenda est, que ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transire elegit.

Capitulum decimūtertium.

He vero que nec dum sacro velamine tecte tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere licet velate non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore penitentia est, quia sponso eius a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bone fidei contractus nulla ratione dissolui, quantomagis ista pollicitatio quam cum deo pepigit solui sine vindicta non poterit. Nam si apostolus Paulus que a proposito viduitatis discesserant dixit eas habere condemnationem que prius iam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines que prioris promissionis fidem minime seruauerunt. Hec itaque regula frater charissime si plena vigilantia fuerit ab omnibus dei sacerdotibus custodita, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hereses, & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus leuendi, sed manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur, veritas spirituali feruore flagrabit, pax predicata labiis cum voluntate animi concordabit, implebitur edictum apostoli, ut vnanimes vnum sentientes permaneamus in Christo, nichil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus sed deo nostro saluatori placentes, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. Datum sub die. xv. kalendas Martii, honorio augusto, & aristoteli consulibus.

ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD EXUPERIUM THOLOSANVM EPISCOPVM.

- | | | |
|------|---|--|
| i | De innocentia sacerdotum vel leuitarum. | conueniant, |
| ii | De his qui post baptismum omni tempore incontinentie voluptatibus sunt dediti, & in ultimo penitentiam poscunt. | v |
| iii | De administratoribus vel iudicibus secularibus. | vi |
| iiii | Quod viri cum adulteris vxoribus non | vii |
| | | Quod qui preces vel crimina dicant habeantur immunes. |
| | | Quod hi qui iutercedente repudio diuortium pertulerunt, si se nuptiis aliis iunxerunt adulteri esse monstrentur. |
| | | Qui libri in canone recipiantur. |

INNOCENTIUS EXSUPERIO EPISCOPO THOLOSANO SALVTEM,

Consulenti tibi frater charissime, quid de proposita specie vnaquaque sentire pro captu intelligentie mee que sunt visa respondi, quid sequendum, vel quid docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum secuta prudentium ad sedem apostolicam referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quam usurpatione presumpta que sibi videretur de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid quam omnino nescire? Michi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, ut perscrutatis rationibus ad proposita respondere compellat, eoque fit ut semper aliquid addiscat, qui postulatur ut doceat. Proponatur igitur singula, subiiciatur responsum.

Capitulum primum.

Proposui quid de his obseruari debeat quos in diaconi ministerio, aut in officio presbyterii positos incontinentes esse, aut fuisse generati filii prodiderunt. De his & diuinarum legum est disciplina, & beate recordationis viri Siricii episcopi monita euidenter commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacre legis auctoritas iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis sue habitare precepti sunt sacerdotes, ut seruientes sacris oblationibus puros, & ab omni labe mundatos sibi vindicet diuina mysteria, neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercet vel cum vxore carnale consortium, quia scriptum est. Sancti estote quia & ego sanctus sum dominus deus vester. Quibus utique propter sobolis successionem vxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & preter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat preceptus accedere, quantomagis his sacerdotes vel leuite pudicitiam ex die ordinationis

V.iii.

sue seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est. Nec preterit dies qua vel a sacrificiis diuinis, vel a baptismatis officio vacent. Nam si beatus Paulus apostolus Ad corinthios scribit dicens. Abstinetis vos ad tempus ut vacetis orationi, & hoc utique laicis precepit, multo magis sacerdotes quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est semper debent huiusmodi consortio abstinere. Quod si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua conscientia quo ve merito exaudiri se credit, cum dictum sit, omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nichil mundum. Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est. Vnius uxoris virum. Non permanenti in concupiscentia generandi hoc dicit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admittit qui ait, vellem omnes autem sic esse sicut & ego. Quod apertius declarat dicens. Qui autem in carne sunt deo placere non possunt, vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, & habentem filios non generantem dixit, sed ea plane dispar & diuisa sententia est. Nam si aliquos forma illa ecclesiastica vite pariter, & discipline que ab episcopo Siricio ad prouincias commeauit non probabitur peruenisse, his ignorantibus venia remittitur, ita ut de cetero penitus incipiant abstinere, & ita gradus suos in quibus inuenti fuerint sic retentent, aut eis non liceat ad potiora conscendere, quibus tamen beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam a Siricio deteguntur, neque statim cupiditates leuodinis abiecerint, illi sunt modis omnibus submouendi, quia post ammonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt volupatem.

Capitulum secundum.

- A Et hoc quesitum est, quid de eis obseruari oporteat qui post baptismum omni tempore incontinentie voluptatibus dediti in extremo fine vite sue penitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior durior, posterior interueniente misericordia inclinatio est, nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebre persecutiones essent, nec communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non reuocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa penitentia, ne totum penitus negaretur, & duriores esse remissionem fecit temporis ratio, sed postquam dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit iam depulso terrore, communionem dare obeuntibus placuit, & propter domini misericordiam, quia uaticum profecturis, & ne nouatiani heretici negantis veniam, asperitatem, & duritiam sublequi videamur. Tribuitur ergo cum penitentia extrema communio, ut homines huiusmodi vel in supermis suis permittente saluatore nostro a perpetuo exitio vindicentur.

Capitulum tertium.

- B Quesitum etiam est super his qui post baptismum amministraverunt, & aut tormenta sola exerceuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam, nichil de his legibus a maioribus definitum est. Meminerant enim adeo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & dei ministerium esse datum in huiusmodi vindicta. Quomodo ergo reprehenderent factum quod auctore deo uiderent esse concessum? De his ergo ita ut hactenus seruatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam euertere, aut contra auctoritatem domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia seruabuntur.

Capitulum quartum.

- C Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant, cum contra vxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemat, sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam, viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur, virorum autem latente commissio, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur, qui utique submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante vindicta ratio conuenit.

Capitulum quintum.

- D Illud etiam sciscitari voluisti an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem a principibus poscere mortem alicuius vel sanguinem de reatu, quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut cause cognite vindicentur, que cum quesitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate proferatur, & dum legum auctoritas in improbos exercetur erit dictator numinis.

Capitulum sextum.

De his

De his, etiam requisivit dilectio tua, qui interueniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est, Qui vero vel vxore viuente (quamuis dissolutum videatur esse coniugium) ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam he persone quibus tales coniuncti sunt, etiam ipse adulterium commisisse videantur secundum illud quod legimus in euangelio, qui dimiserit vxorem suam & duxerit aliam mechatur. Similiter & qui dimissam duxerit mechatur, & ideo tales omnes a comunione fidelium abstinendos.

De parentibus autem aut de propinquis eorum, nichil tale statui potest nisi incentores illiciti consortii fuisse detegantur.

Capitulum septimum.

Qui vero libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum brevis annexus ostendit, Hec sunt ergo que desiderata moneri voce voluisti, Moyse libri. v. id est genesis, exodus, leuiticus, numeri, deuteronomium, necnon & iesuanae, & iudicum, & regnorum libri quattuor, simul & Ruth, prophetarum libri sedecim, Salomonis libri quinque, Psalterium, Item hystoriarum Iob liber unus, Hester unus, Iudith unus, Machabeorum duo, Esdre duo, Paralipomenon duo, Item noui testamenti euangeliorum libri quattuor, Pauli apostoli epistole quatuordecim, Epistole Iohannis quattuor, Epistole Petri due, Epistola Iude, Epistola Iacobi, Actus apostolorum, Apocalipsis Iohannis, Cetera autem que sub nomine Mathie, siue Iacobi minoris, & sub nomine Petri, & Iohannis que a quodam leuitico scripta sunt, vel sub nomine Andree, que a nexocharide & leonida philosophis, & sub nomine Thome, & si qua sunt alia non solum aspicienda, verum etiam nouerit esse damnanda. Datum. x. kalend. Martii Stilicone & Antemio consulibus.

ITEM EPISTOLA INNOCENTII AD FELICEM NVCKERIANVM EPISCOPVM.

Capitulum primum.

- | | | | |
|----|--|------|--|
| i | Si quis volens partem sui corporis amputauerit clericus esse non potest, nolens autem potest. | iii | Qui de laicis ad clerum non debent promoueri. |
| ii | Quod digami ad clerum admitti non possunt. | iiii | Qui de laicis possunt clerici fieri, hic aperte concubina prohibetur. |
| | | v | De temporibus in clero immorandis. |

EXPLICIUNT CAPITVLA.



INNOCENTIVS FELICI EPISCOPO NVCKERIANO. Mirari non possumus dilectionem tuam sequi instituta maiorum omniaque que possunt aliquam recipere dubitationem ad nos quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, ut consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronunciet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum approbamus. Scripsisti ergo quod feruore fidei quopollens & amore sancte plebis, vel reparaueris ecclesias dei, vel nouas quas construxeris, sed in his quos clericos constituas non habere, aliquos vero mutilos, aliquos digamos esse, ad quod stupuimus prudentem virum de his voluisse consulere que omnibus sunt certa ratione comperita, Ergo non quasi ignorantia dicimus, sed in aliis forsitan occupatos istud oblitos vos esse dicimus.

Capitulum primum.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit dum aut operi rustico curam impedit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos canones precipiunt, & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti non abiciunt. In illis enim voluntas iudicata est, que sibi ausa fuerit ferrum iniicere, Quod scilicet & alii id facere dubitari non possit, in illis vero casus veniam meruit.

Capitulum secundum.

De digamis autem nec consuli debuit quod manifesta lectio, sit apostoli, unus vxoris virum ad sacerdotium siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea que habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam accepit.

V. iiii.

A perit esse non poterit, quia in lege cautum est, non viduam, non abiectam habere posse coniugem sacerdotem.
Capitulum tertium.

A De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant, Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt, sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non possunt id est si quis fidelis militauerit, si quis fidelis casus egerit, hoc est postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam & si inueniantur huiusmodi viri qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sepius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem que sepe de his ecclesie prouenit.

Capitulum quartum.

B Laici vero qui habentes uxores baptizati sunt, ac si se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis iuncti sint, aut monasteriis ex quobaptizati sint heserint, & si non concubinam, non pellicem nouerint, si in omnibus operibus vigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatum fore assumi.

Capitulum quintum.

C Ita sane ut in eos tempora a maioribus constituta seruentur, nec cito quilibet lector, cito accolitus, cito diaconus, cito sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium posthac emensis stipendiorum meritis veniant, nec pretercipiant quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa diffinitione monstratum est qui debeant ad mitti quive reprobari ex his oibus quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium prestare velimus tales inuenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere nec erubescere valeamus.

DE HIS QUI IN PRESBYTERIO FILIOS GENERVNT
ut ab officio remoueantur.

D Innocentius Maximo, & Seuero episcopis per Britios, Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, qua nesciri hec a pontifice satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosi viris sciatur & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus huiusmodi qualem querelam detulerit, libelli eius series annexa declarat.

E Qui zelo fidei & discipline ductus non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo fratres charissimi libelli qui subiectus est tenore perspecto, eos qui talia perpetrasse dicuntur iubebitis in medio collocari, discussisque obiectionibus que ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint a sacerdotali remoueantur officio, quia qui sancti non sunt sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio quod viuendo illicite polluerunt. Miramur hec eorum dissimulare episcopos ut aut coniuere, aut nescire esse illicita iudicentur.

QVOD PENITENTIVM NVLLVS AD CLERVM POSSIT
ADMITTI.

F Innocentius Agapito, Macedonio, & Mauriano episcopis apulis. Multa in provincia contra canones ecclesiasticos, decretaque maiorum usurpari a plurimis & relationes diuersorum & suggestiones fidsime retulerunt, que quidem possent facile refecari, si episcopi in his non inueniretur auctores. Qui dum aut amicis aut obsequentibus gratiam prestare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt, ac sic euenit ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidam dignum locum habere mererentur, sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est, modestum quendam multis criminibus inuolutum, propter que etiam penam egisse dicitur non solum clericum effectum quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem eum tradere, cum canones apud apud neceam constituti penitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo fratres charissimi perspecto tenore libelli eum iubete presentari, ac si vere constiterit tale qualem libellus affirmat, non solum ab ambitione, sed etiam a clericatus remoueatur officio.

DE BVBALIO, ET TAVRIANO, DAMNATIS A PROVINCIALIBUS
episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractatione curauit.



INNOCENTIVS RVFO, GERONTIO, SOFRONIO, FLAVIA A
no, Macedonio, Prosdotio, & Oristeo episcopis per macedoniam constitutis, Mo-
ra coepiscoporum nostrorum Maximiani & Eumenii, vel potius importunitas tem-
poris fecit, ut vos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum
in homines perditissimos insurgeremus, sed ut possum paucioribus verbis tanto-
rum malorum imitabor compendium, & strictim que in volumine litterarum nostrarum
conspexerim retractabo. Graue non oportuit videri piissimis mentibus vestris cu-
iuscunque retractari iudicium, quia veritas exagitata sepius magis splendescit in luce, & pernitens reuo-
cata in iudicium grauius & sine penitentia condemnatur. Nam fructus diuinus est iustitiam sepius
recenseri fratres charissimi, verum illud video mouisse animos vestros, quod in multis Bubalius se-
pe fallacis deprehensus obiecerit exemplaria sectarum quasi a nobis litterarum, cum pro consuetudi-
ne hominis nichil quod perferret iam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne iam de tali ne-
gotio murmur, & conuicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores
litteras, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum senten-
tia designata est, ut dum relegeritis nichil ambiguum, nichil requirendum in hac causa de cetero repeta-
tis. Hanc autem paginulam nostram sollicitius credentibus sibi episcopis relegenda mittite, ut sciant ple-
nissime quid sit de Bubalio & Tauriano ceterisque pronunciatum, ut seruent qui digni admonitione
sunt cauere a talibus, ne talibus socientur.

DE INVASIONE PAROCHIE ALTERIVS.

INnocentius Florentio episcopo tiburtinensi, Non semel sed aliquotiens clamat scriptura diuina transferri B
non oportere terminos a patribus institutos, quia nefas est si quod alter semper possederit, alter in-
uadat, quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Vrsus asserit perpetrasse. Nam momenta-
nam siue Feliciens parochiam ad suam diocesim a maioribus pertinentem inualuisse te, atque illic di-
uina celebrasse mysteria eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non
leuiter te incurrisse cognoscas. Vnde si declarare cupis tante usurpationis inuidiam, nostris litteris ad-
monitum te conuenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis iustitie suffragari integris oibus & in pristi-
no statu manentibus post dies venerabiles pasche adesse debebis, ut memorati possis intentionibus
respondere, partibusque in medio collocatis quid antiquitas, aut veritas habeat inquiramus.

DE EO CVIVS DE CAPTIVITATE REVERSA EST VXOR
ut eam recipiat, altera quam duxerat repudiata.

INnocentius probo, Coturbatio procelle barbarice facultati legis intulit casum. Nam bene consti- C
tuto matrimonio inter Fortunium & Vrsam captiuitatis incursus fecerat neuum, nisi sancta reli-
gionis statuta prouiderent. Cum enim in captiuitate predicta Vrsa mulier teneretur, aliud coniugi-
um cum restituta Fortunius memoratus inisse cognoscitur, Sed fauore domini reuersa Vrsa adiit. Et
nullo diffitente uxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re domine filii merito illustris statuimus
fide catholica suffragante illud esse coniugium quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuen-
tumque secunde mulieris priore superstite, nec diuortio eiectione nullo pacto posse esse legitimum.

EPISTOLA FAMILIARIS AD SANCTOS DEI SACERDOTES
Aurelium carthaginensem, & Augustinum yponensem.

INnocentius Aurelio, & Augustino episcopis, Acceptissimi michi germani copiam illo recur D
sus vacuus officio nostro esse non debuit, per charos enim salutare charissimos naturale quo
dammodo nobis videtur & consequens. Gaudere igitur in domino vestram germanitatem
amantissimi cupimus, & pro nobis paria ad dominum vota rependere precamur, quia (ut bene no-
tis) communibus alternis plus agimus orationibus quam singularibus aut priuatis.

Explicet epistola.

DE RATIONE PASCHALI AD EVNDEM AVRELIVM.

A Innocentius Aurelio, Charitatis nostre officium nullo intervallo, dirimitur, etiam si charta nullos apices ferat, vivit enim spiritualis gratia alternis in cordibus, & amorem nostrum confouet sacerdos talis ipsa societas. Cur ergo indignum est unitatem ecclesie custodiri? Idemque omnes pariter & sentiamus & pronunciemus frater charissime, Has ergo litteras de ratione paschali alterius dico futuri anni prescripsi. Nam cum ante diem, vndecimum kalendarum aprilium plene luna .xvi. colligatur Nam quippiam minus est, itemque cum diem ante, .iiii. kalend. earundem veniat, .xxiii. estimavi, .xi. kalendarum memoratarum die festa paschalia celebranda, quoniam vigesima tertia luna nullum pascha unquam ante hoc pascha factum esse cognoscimus, Sententie mee exposui atque edixi tenorem. Iam prudentie tue erit consors michi frater cum vnanimis consacerdotibus nostris, hanc ipsam rem in synodore religiosissima retractare, ut si nichil dispositioni nostre insultat, nobis plenissime aperteque rescribas quo deliberatam paschalem diem iam litteris ante (ut moris est) reseruandam suo tempore rescribamus. Compresbyterum autem archidiaconum quauis nouerim quod libentissime ac more suscipias consuetudo, tamen ex abundantia postulo ut eum inter tuos habere digneris.

VT NULLVS CONTRA ORDINATIONEM CANONVM FIAT EPISCOPVS

B ILECTISSIMO FRATRI AVRELIO INNOCENTIVS, Qua indignitate, qua molestia male tractetur ecclesia precipue que episcopus re legam vel audiam, & tua fraternitas bene nouit, & ego tam idonea tanto dolori verba inuenire non possum, dum facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur. Ecce facta est querela publica que fecit semper ut communis omnibus tremenda sit reuerentia. Sic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaria christi respuuntur, sic pretereunter promouentur, quasi nefas sit ad primatum per ordinem peruenire. Nam cum inuoluti mundanis nexibus, actibus vel moribus abrupte asciscuntur ad tanti collegium sacerdotum, & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti, qui preter ordinem irrumpunt, potiusquam eliguntur. Quam enim miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit, eum summum fieri sacerdotem qui nunquam in illo gradu obsecutus fuerit sacerdoti? Relege prefectorum litteras, & vide que falso vel per certo sublimium potestatum annotentur scriptis, perdidimus prefecto nos ipsi, nos inquam sanctimonie reuerentiam, qui quasi vilissimum aliquid summos efficiunt sacerdotes, ut iam incipiat quasi noxiu aliquid publicis interlocutionibus condinari. Frater charissime hec velim cuncta recitanda per omnes africanas ecclesias scripta dirigas, & istis connectas quas adiuximus litteras prefectorum, ut consilium de his que inique laudantur iudiciis si quid tale probari poterit fiat, ut preterita mala si doceantur admissa digna seueritate coerceantur, & de cetero caueatur ne ecclesie sanctitas per nostram fatigata negligentiam perdat priuilegia, que est per viros venerabiles consecuta, deus te incolumem custodiat. Data, .iiii. nonas iunii, Iulio, .iiii. & palladio, .iiii. consulibus.

AD IVLIANAM NOBILEM FEMINAM.

C Singulare membrum ecclesie tue religionis amplitudinem existere, & a nobis reuerentissime colas est oibus manifestum, in ipso enim apice nobilitatis multo nobiliore ecclesie deuotione impedis, & magis leta christi agnitione preceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas quam tanti generis flore iactaris. Summe virtutis est vicisse gloriam carnis, & magna est christi gratia nobilitate moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens dilectissima huius vite quecumque sunt spatia, eternis diuinisque officiis illustrare contendere, ut quod insignem te prestat reddat sibi per secula clariorem.

DE ANTIOCHENA ECCLESIA.

D Innocentius Bonifacio presbitero, Ecclesia Antiochena quam priusquam ad urbem perueniret Romam beatissimus apostolus Petrus sua presentia illustrauit velut germana ecclesie Romane diu se ab eadem alienam esse non passa est. Nam missis legatis ita pacem postulauit & meruit, ut euagrianos suis ordinibus ac locis intemerata ordinatione quam acceperat a memorato susciperent, & Iohannis sancte memorie, vel clericos, vel laicos in unum colligeret atque congregaret, promittens ipsius ciuitatis episcopus frater meus Alexander etiam si quis forte vel a nobis, vel aliunde posterioris ordinationis ad eosdem venerit se sine controuersia recepturum, ac nomen episcopi memorati inter quiescentes episcopos recitaturum, Cui rei

Cui rei nos noueris tradidisse manus Frater carissime, & eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra que requisierat sanitatem ab unitate corporis haberetur aliena, omnia vero que per ordinem gesta sunt filius meus diaconus Paulus harum scilicet portitor litterarum dilectioni vestre poterit enarrare, ut et gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes qui pro attici partibus interuenire consueuerunt.

AD ALEXANDRUM ANTIOCHENVM EPISCOPVM DE PACE.



INNOCENTIVS ALEXANDRO EPISCOPO, QVAM GRATA mihi quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate frater charissime ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces, Voluit enim comes presbyter noster Cassianus hanc amicitiarum nostrarum paginulam per comes presbyterum vestrum Paulum Nicolaum diaconum & Petrum subdiaconum filios nostros quasi primicias pacis nostre conscribi. Saluto itaque & tua mihi in christo germanitatem, & omnem illam que tecum bene sentit ecclesiam, nosque ut facitis & alloquamini peto crebrius litteris, & frequentius de vestra salute letificetis, dabit enim ut confido dominus totius nos preteriti temporis dispendia amatissimo litterarum colloquio recompensare.

DE ATTICO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.



INNOCENTIVS MAXIMIANO EPISCOPO, MIRAMVR PRVDENTIAM tuam scripta ad Atticum episcopum constantinopolitane Urbis a nobis & prosecutione propria & dato libello qui subter annexus est postulare, a quo nec missas ullas saltem epistolas ad vos vel ad vestram synodum utique protulisti. Idque non petenti tribuendum est, quod vides deprecantibus discussa ratione concessum, Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas quibus id acciderat iam esse deterlas, & proficenti conditiones pacis impletas, Quod neque apud vos, neque apud nos (ut predixi) Atticus missis aliquibus suorum vel dicere voluit vel demonstrare completum, quemadmodum Anthiochene ecclesie frater & coepiscopus noster Alexander digna legatione & prosecutus est & probauit. Quibus sigillatim omnibus utique interesse dignatus cognouisti quemadmodum sigillatim omnia scriptorum nostrorum anteriorum hac de causa beatissimi Ioannis quondam episcopi nostri discussim, ut que illi in omnibus satis euidenter ostenderint vniuersa que apud anthiochiam fieri debuerint fuisse completa. Quorum amplexati pacem utique fidem fecimus, & magno tramite omnibus eandem quam prestolaris ostendimus, si modo que discussa sunt, atque completa, etiam ipsi pro suo loco fecisse uel complexisse aliquando monstrauerint, communionemque ut isti legatione solemniter destinata sibi rogauerit redhiberi. Expectamus ergo & professionem memorati de completis omnibus conditionibus quas diuersis temporibus prediximus, & petitionem communionis, ut recte & petenti & probanti se eandem mereri reddamus frater carissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum fratrum synodum dudum litteras percepisti.

ITEM AD ALEXANDRUM ANTIOCHENVM EPISCOPVM DE PACE.



POSTOLICI FAVORIS GRATIA MAGNO PACIS VSCUE ad nos decore resplenduit, tantumque lucis gaudiorumque insulsi fidelibus, ut dicentes deo maximas laudes maiores debere nos fateamur, plusque a deo iocundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tue fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognouimus, ut in omnibus dominum laudaremus, successumque ipsum ideo prestitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator existens eam requisitam iueneris, & repertam summa charitate tenueris, Cum erga omnes tunc precipue circa illos qui quondam Paulini atque Euagrii episcoporum censiti fuerant nomine habeant summam votorum meorum, quod antiqui neui purgatio tuis temporibus tuisque meritis prorogatur, Quorum etiam illos eiusdem nominis qui in Italia meritum clericatus acceperant censui bono quietis gratiam retinere susceptam, Et quia noster compresbyter Cassianus gratum duxit tue fore dignationi si meo consilio in ciuitate vestra clericatus ordinem ducere cessantur, statui pro-

pter beniuolentiam tuam promissaq; memorati, vt inter ceteros sacerdotes ministrosq; qui in ciuitate sūt annumeretur frater carissime libeter. Preterea de episcopis helpidio atq; papo cognoui quod sine questione suas ecclesias recuperauerint, & multum in gestis vt subscripta testantur sollicitus inquisi- uī, vtrum in omnibus esset conditionibus satisfactū in causa beati & vere deo digni sacerdotis Iohan- nis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens deo cōmu- nionē ecclesie vestre ita recepi, vt pre me feram apostolice sedis cōdiscipulos primos dedisse ceteris viam pacis, in qua firmos vos nosq; domini christi ita benignitas āplexabitur atq; cōmuniet, vt nullo decetero titillamento, vel leui cuiusq; contentionis pudore pulsentur. Scripta autem Attici epī quoniā cum vestris sunt porrecta suscepimus, ne per vestrā iniuriā ille qui olim a nobis suspensus fuerat repu- diaretur, & tamen satis abunde que in actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, qd in ei⁹ persona debeat custodiri, vt si per oīa vestris consiliis actibusq; tam sanctis se rogauerit esse cōmunem prestentur senī fauore vestro nostroq; iudicio communionis atq; litterarum a nobis gratia proroga- ta. Subscripserunt episcopi. xx. Italie. xxiīi.

ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD ALEXANDRVM EPISCOPVM

- i Quod prima sedes beati Petri apud antiochiam esse memoretur.
ii Qd nō oportet secūdū cōstituta ipera- torum duos esse metropolis episcopos

iii Quod arrianorum clerici nō sunt re- ciipiendi in suis officiis, quamuis eorum baptismum qui catholicus constat con- firmet ecclia.

Capitulum primum.

A Innocētiū alexandro episcopo, Et onus & honor nobis a tua fraternitate ipositus necessari tractatus causas induxit, quo litteris vel cōmonitorio vestro vt dat sancti spiritus gratia re- spondere possimus. Reuoluentes itaq; auctoritatem nicene synodi que vnā omnium per orbem terrarum explicat mentem sacerdotum, que censuit de antiochena ecclesia cunctis si- delibus ne dixerim sacerdotibus esse necessarium custodire, que super diocesim suam predictam ec- clesiam non super aliquam prouinciam recognoscimus cōstitutam Vnde aduertimus non tā p ciuita- tis magnificentia hoc eidem attributum quam quod prima primī Apostoli sedes esse monstratur vbi & nomen accepit religio christiana & que conuentum apostolorū apud se fieri celeberrimum me- ruit, queq; vrbis Rome sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit. Ista suscepto apud se con- summatoque gauderet. Itaq; arbitramur frater carissime, vt sicut metropolitanos auctoritate ordi- nas singulari, sic & ceteros non sine permisso conscientiaq; tua sinas episcopos procreari. In quibus hunc modū recte seruabis, vt longe positos literis datis ordinari censeas ab his qui nunc eos suo tantū ordinant arbitratu, vicinos autem si estimas ad manus impositionem tue gratie statuas peruenire. Quorum enim te maxima expectat cura, precipue tuum debent mereri iudicium.

Capitulum secundum.

B Nam quod sciscitaris vtrum diuīlis imperiali iudicio prouinciis, vt due metropoles fiant, si duo metropolitanī epī debent nominari non vere visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum dei ecclesiam cōmutari, honoresq; aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendis duxerit impe- rator. Ergo secundum pristinum prouinciā morē metropolitanos episcopos conuenit nominari. Ciprios lane asseris olim arriane impietatis potentia fatigatos non tenuisse nicenos canones in ordi- nandis sibi episcopis, & vsq; adhuc habere presumptū, vt suo arbitratu ordinent neminem consulentes. Quo circa persuademus eis, vt curent iuxta canonum fidem catholicam sapere, atq; vnū cum ceteris sentire prouinciis, vt appareat sancti spiritus gratia, ipsos quoq; vt oēs ecclesias gubernari.

Capitulum tertium.

D Arrianos pterea ceterosq; huiusmodi pestes qui eorū laicos cōuersos ad dñm sub imagine penitē- tie ac sancti spirit⁹ sanctificatione per manus impositionē suscepimus, non videtur clericos eorum cū sa- cerdotii aut ministerii cuiuspiam suscipi debere dignitate, quoniam quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod vtiq; in noīe patris, & filii, & spiritus sancti perficitur, nec spiritum sanctū eos habere ex illo baptismo, illisq; mysteriis arbitramur quoniā cū a catholica fide eorum auctores disce- derent, perfectionem spiritus quē acceperant amiserunt. Nam nec dare ei⁹ plenitudinem possunt, que maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis sue perfidiam potius quam per fidem di- xerim

xerim perdidit. Quomodo fieri potest, ut eorum prophanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi ad sancti spiritus precipiendam gratiam cum penitentia imagine recipiamus? Grauitas itaque tua hec ad noticiam coepiscoporum, vel per synodum si potest, vel per eorum recitationem faciat peruenire, ut ea ipse tam necessario percunctatus es, & nos tam elimate respondimus communi omnium consensu studioque seruentur.

AD ATTICVM BEROE EPISCOPVM DE SANCTO
IOHANNE CONSTANTINOPOLITANO
EPISCOPO.



AGGAVDERE LITTERIS FRATERNITATEM TVAM DE receptis Paulini, vel Euagrii episcoporum clericis, populisque, & de restitutis helpido atque papo coepiscopis percelsimus, & vel sero recepte pacis gratiam refouere posita omni contumacia peruidimus. Unde has ad prestantissimum fratrem, & coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tue transmissimus vnanimitati, videlicet, ut si omnes inimicitie, omnis emulatio, tam de nomine sancti Iohannis mirandi episcopi, quam de omnibus eiusdem communionis participibus a tua animositate discessit, has nostre locietatis recipias litteras frater carissime, modo ut omnia que his actis firmata sunt apud medietatem nostram amabilem Alexandrum, ore proprio ut communicantem conuenit fatearis, ut enim nobis hec vnanimitatis caritatisque causa venerabilis est sic inheret sollicita, ne quid obliquum, aut subcissum esse in quoquam residere cognoscatur.

ITEM EPISTOLA INNOCENTII PAPE AD LAVRENTIUM SYMENSEN EPISCOPVM.

De bonofiacis quod iudeis sint comparandi.

Capitulum. i.

De suscipiendis clericis quos bonofius antequam dānaretur ordinasse cognoscitur.

Capitulum. ii.

Capitulum primum.

B Innocentius Laurentio episcopo Symensi. Diu mirati sumus dilectionis tue litteris lectis hereticos forinvenena sectantes in territorio dilectionis tue non solum esse, sed publice sibi conventicula in aliquorum possessionibus parare, cum de toto pene orbis nusquam tam multi quam apud vos delegerit habitare, quorum doctrinae nefarie auctor Marcus dudum de urbe pulsus temeritatis tanta ductus audacia, ut primum sibi inter eos videretur locum. Sed ne ulterius debacchandi habeat facultatem, & aias simplicium, ac rusticorum secum in gehennam cui destinati sunt trahant actum est adversus eos a defensoribus ecclesie nostre quo eos possint expellere, ut qui Christum deum ex patris substantia ante secula negant genitum hi cum iudeis qui eius deitatem negaverunt, & nunc usque negant, participium habeant damnationis. Tuus est frater carissime que precepta sunt non legimus agere, ne plebs tibi creditam dissimulatione perdas, & incipias deo de perditis reddere rationem.

Capitulum secundum.

C Innocentius martiano episcopo nasisano. Superiori tempore si tamen recte recordor meminisse me tam ad dilectionem tuam quam ad fratres, & coepiscopos nostros Rufum, & ceteros hominum litteras de clericis nasisanensibus transmississe, his vix quod se ante damnationem bonofii assererent ab eodem tam presbiteros quam diaconos ordinatos, ut si relicto atque damnato eius errore vellet ecclesie copulari libenter reciperent, ne forte qui essent digni recuperanda salutis in eodem errore deperiret, verum nunc in Ravennati urbe michi constituto propter Romanorum populi necessitates creberrimas Germanium qui asserit se esse presbiterum atque Lupentinum qui se diaconum dicit multorum talium quasi legatione suscepta precepsa dolores proprios exprimere gestiverunt, asserentes siquidem ecclesias in dilectionis tue constitutas parochias retinere, sed tuam communionem non potuisse mereri vix ea ratione, quia rusticius quidem nomine iterata ordinatio ne presbiterum suscepisset, & non levi impedimento fit dum aut illi dolent hominem in ecclesia retinere, aut ille si peccare debere in alios arbitretur quemadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quavis de eadem re plenius littere mee contineant quas superius memoravi, tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, ut si vere constat aliquos ante damnationem bonofii ab eodem ordinatos postea voluisse, vel nunc velle reverteri eos recipiendos esse censemur, maxime cum memorati asserant se in tantum

X. i.

anteriori tempore ordinatos, vt sancte recordationis virum Cornelium episcopum Syrimensis vr-
bis, nec non & fratrem nostrum nicetam aliosq; nonnullos fuisse presentes, cum honoribus quos se ha-
bere commemorant augerentur, vnde frater carissime, si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiendos
esse ambigere non debes, quos tandiu ecclesias sibi creditas passus es retinere.

ITEM EPISTOLA EIVSDEM AD EPISCOPOS MACEDONIE.

- | | | | |
|------|--|-----|---|
| i | ¶ Ut si sacerdos vel quilibet ex clero vi-
duam vxorem duxerit, vel eiectionem, suuz
perdat officium. | v | ¶ Quod hi qui a bono heretico ordi-
nati sunt propterea sint recepti, ne scanda-
lum remaneret ecclesie. |
| ii | ¶ Ut si quis cathecuminus habuerit vx-
orem, & defuncta ea post baptismum ac-
ceperit alteram, clericus esse non possit. | vi | ¶ Quod in ecclesia peccatum populi mul-
tum soleat remanere. |
| iii | ¶ Quod non admittatur clerici ab he-
reticis ordinati. | vii | ¶ Quod surreptum fuerit apostolice se-
di, & suam in melius sententiam comu-
tarit, quando donatione fotini rescidit. |
| iiii | ¶ Quod in ordinationibus criminavel
vitia non bene credantur auferri. | | ¶ Expliciunt capitula. |

A



Nnoctius Rufo, & Eusebio, & ceteris epis Macedonibus & diaconis in dno sa-
lutē. Magna me gratulatio habuit cū post discrimina toti (vt ita dixer) mundi
vitalis archidiaconus vestrarum portitor litterarum ex illis partibus ad nos vs-
que directus aduenit, quem cum vidissemus illico vt oportebat percunctati de
vestro statu sumus, verum vbi reperimus vos ex sententia degere deo nostro vbe-
res gratias retulimus qd vos famulos suos suis altaribus seruientes, & in aduer-
sis tuetur, & in prosperis gubernare dignatur. Qui cū tradidisset epistolas eas pce-
pi illico recenser, in quibus multa posita esse peruidi, que stupore mentibus nris indiceret, faceretq; nos
non modicū dubitare, vtrū aliter putarem⁹ an ita illa essent posita quē admodū psonabāt. Que cum
sepius repeti fecissem aduerti sedi aplice fieri iniuriā ad quā relatio q̄si ad caput ecclesiarū missa curre-
bat, cuius adhuc in ambigū sententia duceretur. Vnde de quibus iamdudum scripsisse me memini
nunc iterare formam augmentis euidentioribus gemina percunctatio vestra compellit.

Capitulum primum.

B

Eos qui viduas accepisse suggerūtur vxores, nō solū clericos effectos agnouit, verū etiā vsq; ad insu-
las summi sacerdotii puenisse, quod cōtra legis esse pcepta nūlus ignorat. Nā cū moyses legislator da-
mitet, sacerdos vxorē virginē accipiat, ac ne i hoc pcepto aliqd putaret ambigū, addidit nō viduā, neq;
eiectionē, cōtra qd pceptū diuina auctoritate subnixū nulla defecio mādati alteri⁹ cōpōit, nisi cōsuetudo
vra. Que vt ipi fatemini ex ignorātia (vt verēcūdi⁹ dicā) nō ex aplice traditiōe, & rōne itēgra statuta ē
Nos aut oēs q porietē occidētq; ecclesias regim⁹ nouerit vīa dilectio hec pait⁹ nō admittere, nec ad vl-
timū ecclesiastici ordi locū tales assumere, & si reperi fuerint submeuere.

Capitulum secundum.

C

Deinde pōit nō dici oportere digamū eū q cathecūin⁹ habuerit atq; amiserit vxorē, si p baptismū
fuerit aliā sortit⁹, eāq; primā videri q nouo hōi copulata sit, qā illd cōiugiū p baptismū sacm cū ceteris
criminib⁹ sit ablutū. Qd cū de vna vtiq; dī, certe si tres habuerit i vetere posit⁹ hōie vxor erit ei⁹ q post
baptismū q̄rta ē, sic itēptatib⁹ pria virginis q nomē accipiat q q̄rto ducta ē loco. Quis oro istud nō vi-
deat cōtra apli eē pceptū q ait, vni⁹ vxoris vitū opz fieri sacerdotē? Sz obiciē qd i baptismo totū q̄qd
in vetere hōie gestū ē sit lotū, dicite mihi cū pace vīa loquor, crimina tātū dimittūt i baptismo an & alia
q scdm dñi pcepta, ac dei instituta cōplēt, vxorē ducere crimē est, an nō est crimē? Si crimē est, ergo (p-
fata venia dixer) erit auctor in culpa q vt crimina cōmitterēt i paradiso cū ipse eos iūgeret bñdixit. Si
vero nō ē crimē, qā qd de⁹ iūxit nefas sit crimē appellari, & Salomon addidit, eteni a deo pparat viro
vxor. Quō crediē iter crimina eē dimissum qd auctore deo legi cōsummatū? qd de taliū filiis pēse
tur? Nunquid nō erūt admittēdi in hereditatis cōsortio, quia ex ea suscepti sunt fuit, que an baptismū
vxor? Erūtq; appellādi vel naturales vel spurii, quia nō esse legitimū matrimoniū, nisi illud vt vobis
videtur qd post baptismū assumit. Ipse dñs cū interrogaret a iudeis, si liceret dimittere vxorē, atq; ex-
poneret fieri nō debere, addidit, qd ergo de⁹ iūxit hō nō sepet. Ac ne de his locut⁹ esse credat⁹ que post
baptismū

baptismaum sortiuntur, meminerint hoc & a iudeis interrogatū, & iudeis esse responsum, quero & sollicitus quero, si vna eadēq; sit vxor ei⁹ q; añ cathecumin⁹ suscepit, post ea sit fidelis, filioq; ex ea cū esset cathecuminus suscepit, ac postea alios cū fidelis, utrū sint appellādi fies, an nō habeāt postea defuncto p̄e heredes scđe hereditatis cōsortiū, qb⁹ filiorū nomē regeneratio spūal' crediť abstulisse. Qđ cū ita sentire atq; iudicare absurdū est, que rō ē hoc malū defendi, & vacua magis opiniōe iactari, quā aliq; auctoritate roborari, cū nō possit inter p̄ctā deputari quod lex p̄cepit, & de⁹ iūxit, & lex iūxit. Nunqd si q; cathecuminus virtutibus studuerit, hūilitatē secutus fuerit, patiētiā tenuerit, elemosinas fecerit, mortū destinatos qualibet rōne eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatē tenuerit, quero si hec cū fuerit factus fidelis amittit, qā p baptismū totū qđ vetus hō gesserat putatur auferri. Aspiciamus gētilē hoiem Cornelīū orōnib⁹ atq; elemosinis p reuelatiōem angelū petrūq; ipm vidisse. Nūqd per baptismū hec illi ablata sūt ppter que ei baptism⁹ videtur cōcess⁹. Si ita creditur michi credite nō modī cū erratur, qā qđcqd bñ gestū fuerit, & scđm p̄cepta legalia custoditū nō p̄t faciētib⁹ deperire. Nuptiarū ergo copula qā dei mādato perficitur nō p̄t dici peccatū. Et si peccatū nō est qā solui inter p̄ctā cōno nō debet, eritq; integrū estiare aboleri nō posse prioris nomen vxoris, cū nō dimissum sit p peccato, qā ex dei sit volūtatē cōpletum.

Capitulum tertium.

¶ Ventū est ad tertiā questionē que p sui difficultate longiorē exigit disputationē, cū nos dicam⁹ ab hereticis ordinatos, vulnere per illā manus impositionē habere caput. Vbi vulnus infixū est, medici na est adhibenda que possit recipere sanitatem. Que sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse nō poterit, atq; vbi penitentie remediū necessariū est, illic ordinatiōis honorē locū nō posse habere. Nam si vt legitur quod tetigerit immundus imūdū erit, quomodo ei tribuetur quod mundicia ac puritas cōsuevit accipere. Sed ecōtrario asseritur eū q honorē amisit honorem dare nō posse, nec illū aliquid accepisse, quia nichil in dāte erat quod ille posset accipere, acquiescimus & verū est certe quod qui non habuit dare nō potuit. Dānationē vtiq; quā habuit per prauā manus ipositionē dedit, & qui particeps effectus est damnato quomodo debeat honorem accipere inuenire non possum.

Capitulum quartum.

¶ At dicitur vera ac iusta legitimī sacerdotis benedictio auferre oē vitiū qđ a vicioso fuerat iniectū. Ergo si ita est applicetur ad ordines sacrilegi, adulteri, atq; oīm criminū rei, quia benedictiōe ordinationis crimina, vel vitia putātur auferri, null⁹ sit penitētie locus, quia id pōt prestare ordinatio quod lōga satisfactio p̄stare consuevit. Sed nostre lex ecclie est venientibus ab hereticis qui tñ illic baptizati sunt per manus impositionē laicam tantum tribuere cōmunionem, nec ex his aliquē in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

Capitulum quintum.

¶ At vero hi q a catholica fide ad heresim trāsierūt quos nō aliter oportet nisi penitētiā suscipi apud vos nō solū penitētiā nō agūt, verūetiā honore cumulātur. Sed anisū quondā fratris nostri aliorūq; sacerdotū summa deliberatio hec fuit, vt quos bonosus ordinauerat, ne cū eodē remanerēt ac fieret nō mediocre scandalū ordinati remanerent, vicimus vt opior ambigua, iam ergo quod p remedio ac necessitate tēporis statutū est cōstat primitus nō fuisse, ac fuisse regulas veteres q̄s ab apostolis vel ap̄licis viris traditas ecclesia romana custodit, custodiendāsq; mandat his qui eā audire censuerūt. Sed necessitas tēporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas p remedio reperit cessante necessitate debet vtiq; cessare pariter quod vrgebat, quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio quā ad presens tps fieri ipellit. Sed canones apud niceā cōstituti de nouatianis fieri permiserūt, prius ille canon a patribus institutus ponendus est vt possimus aduertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit illud p̄ceptum, de his inquit qui nomināt se ipsos catharos. i. mundos, & aliquando veniūt ad catholicam ecclesiam placuit sancte & magne synodo, vt accepta manus impositionē sic maneant in dero. Possumus vero dicere de solis his nouatianis esse p̄ceptū, nec ad aliarū heresū clericos pertinere. Nam si vtiq; de oibus ita definirent addidissent a nouatianis aliisq; hereticis reuertentes debere in suum ordinem recipi. ¶ Quod si ita esset etiam illud maxime quod de paulianistis dictū est poterit confirmare a quibus vanientes etiam baptizari p̄cipiuntur nunquid nam cum de paulianistis iubent omnes q ab hereticis reuertuntur erūt hoc exemplo baptizandi. ¶ Quod cū nullus audeat facere de ip̄is tantum eē p̄ceptū rō ipsa demonstrat, deniq; baptizatos rite ab euāgelista Philippo Petrus, & Iohānes sola manus impositione cōsumāt, illos vero quos ap̄ls Paulus Iohānis baptismate baptizatos repererat interrogauit an spūm sanctū accepissent, latentibusq; se ne illud quidē nomē audisse, iussit eos baptizari, videtis ergo recte baptizatos illo dono iterare nō posse, & aliter sola aq lotos baptizari in noīe p̄is, &

filiis, & spiritus sancti. necessarium prouideri, ita & de nouatianis tantū iussu esse lucida manifesta-
tione perlegitur. Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus heresibus manifestum declarat, quia pseu-
dianiste in nomine patris, & filii, & spiritus sancti minime baptizant, nec apud istos de unitate patris diuine
hoc est patris filii & spiritus sancti questio aliquādo commota est, & ideo oibus segregatis hec sola ele-
cta est cui istud crederent concedendum, quia nichil in patris & filii, & spiritus sancti sacramento peccarent.
Si quis vero de fide catholica ad heresim transiens, aut fidelis ab apostasia reuertens, & relapsus redire vo-
luerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum promitti cuius commissum non nisi per longam penitentiam
poterit aboleri, nec post penitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt, vñ constat qui
de catholica ad bonosum transierunt dānati, atque passi sunt, aut cupierunt ab eodem ordinari non oportu-
uisse ordinationis ecclesiastice suscipere dignitatem, qui commune omnium ecclesiarum iudicium deferē-
tes suam spāliter in bonosum unitatem sequendam esse dixerunt. Sed multos constat vim passos atque in-
uitos attractos repugnantemque ab eodem ordinatos. Dicat michi volo quisque hoc credit, si nō post ordina-
tionem bonosum interfuit, cū conficeret sacramenta, si communicationi eius participatus non est, si statim
discedens de eius pessimo conciliabulo ad ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis
Ceterum quod post annum aut mensem ad ecclesiam redierunt intelligimus eosque in catholicam nouerant se propter
vitia sua nō posse suscipere ordinationem idcirco ad illū prexisse quod passim, & sine vlla discussione ordinationes il-
licitas faciebat credentes se posse per istā institutionem locū in ecclesia catholica recipere de quo antea desperant.
Nunc illud quod superest rogo quod post mensem, aut eo amplius rediit, cū se presbyterum a bonosum consideret or-
dinatum, si non sacramenta confecit, si non populis tribuit, si non missas secundum consuetudinem com-
pleuit quid de his censeatis queso promatis apertius. Ad summam certe qui nichil a bonosum acceperunt
rei sunt usurpare dignitatis qui conficiendorum sacramentorum sibi vendicauerunt auctoritatem, atque
que ad se putauerunt esse quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

Capitulum sextum.

- A **P**eruideat ergo dilectio vestra hactenus talia transisse, & aduertite quod utique, ut dicitis necessitas
imperauit in pace iam ecclesias constitutas non presumere, sed ut sepe accidit quotiens a populis, aut
a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem nō potest vindicari multum soleat transire. Priora
ergo dimittenda dico dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine precauendum.

Capitulum septimum.

- B **V**eniam nūc ad maximum quasi ad quoddam thema fotinum, & quod michi anxium est, ac dif-
ficillimum maiorem reuoluam sententias. Fuerat de illo quoque pacto, ut etiam ipsi commemoratis aliud
utique grauius constitutum, verum quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis subreptum huic sedi,
& elicitum per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit, veniam nos hanc in tantum vobis an-
nitentibus post condemnationem more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus vobis quā
bonis, tam caris non dare consensum omnibus durius rebus arbitramur. Pro vestra ergo approbatio-
ne fratres carissimi, & sententia ac postulatione episcopum Fotinum labetote, licitum est ita constitui
re, ut deprecamini, & nostram in melius conuersam sententiam labore, vel testimonio nostro compo-
tem verbis suscipite, atque Eustachium a me sepius comprobatum nolite expectare, ut diaconum gratia
spolietur, sollicitos enim vos pro salute libenter audio, contra caput etiam se faciendum est non liben-
ter admitto. Cui manum porrigitis vobiscum porrigo, Cui porrigo mecum porrigite. Hec enim ad
corinthios apostolica est declarata benignitas, ut in vno spiritu ductam ac reductam sententiam bo-
ni semper indifferenter sequantur. Nam fateor hec me primum, res bene habet erga eustachium dia-
conum quod nec contra fidem quicquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen
aliquod commisisse, vel iactatum vnquam vel fictum cognouerim. Et quia in his saluus est, si quo pa-
cto conuersationes amabiles non habet habendus est ut minus pro tempore dilectus, non ut inimicus
estimatus diabolo in perpetuo mancipandus. Cognosco illum inter illas similitudines, ac turbines con-
tra multorum studia non dico qualia diuersa sensisse, & cum hinc res ac calamitates ipse emendate sint
adhuc Dizoniani, & Siriaci subdiaconorum non potuisse apud vos emendationem reuiuiscere. Con-
pescitit queso ab illo predictis quorūcūque videtis animos an non iustas emulationes, ut ipse apud
nos integer, apud vos cum suis reparatus mereatur pacem non fictam peruidēs charitatem. Omni-
bus igitur vobis ac sigillatim occurrat charitas, & vinculis que nullis modis a christo soluantur vobis
cum pariter imperpetuum connexa letetur in Domino.

Ad synodū

CAP. SYNODVM IN THOLOSANA CIVITATE CONSTITVTAM.

- i De hispanorum reprehensione qui in quo supradicta prohibentur.
 inordinate constituunt clericos. v Quales eligendi sunt in ordine clericorum.
 ii Ut causidici vel curiales vel scilicet militie dediti ad clerum non admittantur. vi De eo qui ante baptismum uxorem habuit, & post baptismum aliam, clericus non fiat.
 iii Ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.
 iii De commemoratione Niceni concilii. Expliciunt capitula.

Capitulum primum.

Innocentius vniuersis epis in tholosana synodo constitutis dulcissimis fratribus in dno salutem, Sepe me & nimium cum teneret cura sollicitum super dissensionis schismata ecclesiarum, quod malum per hispanias latius in dies separationis gradu icedere fama pergitur, necessarium tempus emerit quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus quae praue consuetudinis vicio hispanienses episcopos celebrare cognoscimus fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi impediremus ne perturbaciones quamplurimas ecclesiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum, ea quae quoque facta sunt non in dubium vocemus, sed dei potius dimittamus iudicio.

Capitulum secundum.

Quantos enim ex eis qui post acceptam baptismi gratiam in foreis exercitacione versati sunt, & obtinendi per tinaciam susceperunt ascitos ad sacerdotium esse copimus, e quorum numero Rufinus, & Gregorius phibent. Quantos ex militia qui cum patribus obediunt scilicet necessaria precepta sunt executi, quos ex curialibus qui dum parerent patribus quae sibi sunt imposita fecerunt, quatosque voluptates, & seditiones populo celebrarunt ad honorem summi sacerdotii peruenisse. Quorum oim neminem ne ad societatem quod de ordinis clericorum oportuerat peruenisse. Quae singula discutienda maderem non modicos motus, aut scandala hispaniensibus proutis quibus mederi cupimus de studio emendationis indicemus, idcirco remittenda potius hec putamus. Sed ne deinceps filia committat dilectionis vestrae maturitas prouidere debet, ut tante usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur, eo ut consuetudinis vestrae maturitas prouidere debeat, ut tante usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur, eo ut consuetudinis vestrae maturitas prouidere debeat, ut tante usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur.

Capitulum tertium.

Post hec si quis aduersus foras canonum, vel ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tetauerit, vna cum ordinatoribus suis ipso in quo iuncti fuerit ordine, & honore priuatus. Et quis dilectioni vestrae frater carissimus regule nicene sint cognite, secundum quos ordines esse faciendos decernentes, tamen aliquam partem quae de ordinationibus est prouta in secedam putauimus, secundum eam ordinationem in posterum celebrandas esse sciamus, nec interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Hec primum quae sunt prohibita digerantur.

Capitulum quartum.

Ne quisquam qui post baptismum militauerit ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui casus post acceptum baptismum egerit, aut qui post acceptam dei gratiam admissauerit, neque de curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium quod dicitur sustinuerit, & editiones publicas celebrauerit. Nam & hoc de curialibus cauendum ne iude qui ex curialibus fuerit aliquem a suis curiis quod frequenter videmus accidere poscant. Quae omnia rationabiliter prohibita operis modis omnibus custodiri.

Capitulum quintum.

Quales vero eligendi sunt in ordine clericorum euidenter forma declarat. id est qui ab iuncte etate baptizati fuerint, & lectorum officio sociati, vel si maiores sunt cum fuerit dei gratia consecuti, si statim se ecclesiasticis ordinibus maderem accipuerit, & si uxores habuerit, quod redum si uxorem virginem habuerit, quia scriptum est in veteri testamento, uxorem virginem accipiat sacerdos, & alibi sacerdotes mei semel nubant, neque qui duas uxores habuerit, quia Paulus apostolus ait, vnius uxoris virum.

Capitulum sextum.

Nec illud debere admitti quod aliquanti per defensionem prauis erroris opponunt, & asserunt quod ante baptismum omnia dimittuntur, non intelligentes homines quod sola in baptismo peccata dimittuntur, non uxoris numerus abolet. Nam si a deo ut scriptum est preparatur viro uxor, & deus iunxit, homo non separet, & ipsi auctores generis humani in origine a deo benedicti quomodo iter peccata ista creduntur posse dimitti: quod si scilicet illos qui ita credunt verum est, ergo omnes iusticie qua cathecumini ante baptismum fuerit operata per baptismum auferatur, nullus ergo contra apostolos tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat vni uxoris virum, siue ante baptismum esse noiatum siue post baptismum. Siue ei uxor ante baptismum accepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti iter filios dantur conicari. Quod quia absurdum sit atque alienum prudentia vestra melius est habebit, vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum quidem remedia sibi iniquam ad excusationem preparent, ex eo rupis se legere, & regulas euertisse iudicent, sed ea tenenda sunt quae diuinarum scripturarum series continet, & a sacerdotibus utili ratione sunt constituta, bene valeatis fratres carissimi.